Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



illa hora erat in qua dixit ei iesus filius tuus in
uit: et credidit ipse et domus eius tota offert
Vir erat in terra nomine iob simplex et rectus ac timens deum
que satan petiit ut temptaret et data est ei potestas ado
mino in facultate et in carne eius perdiditque omnem substantiam
ipsius et filios tantum quoque eius grauiulcere uulnerauit
Suscipe domine propitius hostias: quibus et te secre
placari uoluisti et nobis salutem potenti uirtu
te restitui comm Exulta lauari tuo anima mea et inui
bium tuum spiraui quando facies deprehendentibus me iudicium
inimici plectati sunt me a diuina me domine deus meus complen
Eximmortalitatis alimoniam percepimus gratias domine.
ut quod ore percipimus mente sectemur Psalm
Fruimur Nichil intulimus in hunc ad timothe
hunc mundum: aut dubium quia nec auferre
quid possumus Habentes autem alimenta et
quibus tegamur: his contenti simus Nam qui
volunt diuites fieri: incidunt in temptationem et
laqueum diaboli et desideria multa inutilia et
nociua que mergunt homines in interitum et p
dicionem Radix enim malorum est cupiditas Qua
quidam appetentes: erraverunt a fide et inseri
uerunt se doloribus multis Tu autem homo
dei hec fuge: sectare uero iustitiam: pietatem:
fidem: caritatem: patientiam: mansuetudinem
Certa bonum certamen fidei: apprehende uitam
eternam in qua uocatus es: et confessus bonam
confessionem coram multis testibus Precipio tibi
coram deo qui uiuificat omnia et christo iesu qui te
stimonium reddidit sub pontio pylato bonam con
fessionem ut serues mandatum sine macula